Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 22 (121)

In nomine domini amen. Anno domini Millessimo quatricentessimo sexagesio
quarto, Indicione duodecima, die vigessima septima mensis octubre. Spectabil
dominus Iofredus de Scarampis, condominus Curtismilii ⁊ cet., filius ⁊ heres quondam
domini Ludouici, pro eius parte, omni via iure modo ⁊ forma quibus melius
⁊ ualidius fieri potuit fecit, constituit ⁊ solempniter ordinauit eius uerum
certum ⁊ legiptimum actorem, factorem ⁊ procuratorem et quicquid melius
dici ⁊ fieri pot. Spectabilem dominum Bertolomeum de Scarampis quondam dni
Anthonii, etiam condominum Curtismilii, licet absentem tamquam presentem specialiter
⁊ expresse ad comparendum dicto nomine Coram Illu.mo ⁊ Ex.mo domino domino
Gullielmo Marchione Montisferrati seu quoque alio ad infrascripta per
Excellentiam suam specialiter deputato uel deputando, ibique supplicandum, petendum ⁊
requirendum inuestiri ⁊ confirmari in feudum a prelibato Illu.mo domino de ⁊
pro partibus eidem domino constituenti spectantibus ⁊ pertinentibus ex successione
dicti quondam domini patris sui uel aliter, in locis Curtismilii, Buby ⁊ Salegii,
cum dependentiis secundum naturam dicti feudi ⁊ formam qua predecessores dicti
Spectabilis domini constituentis, ac ipse dominus constituens fuit inuestitus
⁊ confirmatus per Illu.mos predecessores prelibati Illu.mi domini Marchionis,
dictamque inuestituram ⁊ confirmacionem obtinendum ⁊ ad presentandum homagium
⁊ fidelitatem prelibato Illu.mo domino uel ut supra, sub corporali iuramento in
animam ⁊ super animam dicti constituentis, secundum formam fidelitatis ueteris ⁊
noue ⁊ secundum naturam dicti feudi, ⁊ ad obligandum ipsum dominum constituentem res
⁊ bona sua in predictis ⁊ circha predicta, ⁊ faciendum tractandum procurandum
⁊ promittendum in predictis ⁊ circha, ac dependentibus emergentibus ⁊ connexis,
que fuerint necessaria ⁊ opportuna ⁊ in talibus requisita ⁊ que ipsemet dominus
constituens facere posset si presens esset, ⁊ de predictis omnibus ⁊ singulis instrumentum
et instrumenta fieri iubendum ⁊ faciendum cum ⁊ sub illis clausulis renunciacionibus
promissionibus obligacionibus ⁊ cautellis que dicto domino procuratori uidebuntur,
dans ⁊ concedens dictus dominus constituens eidem dno procuratori in
predictis ⁊ ut supra plenam liberam ⁊ generalem bailiam cum pleno libero et
generali mandato ac speciali ubi magis speciale requiratur, ⁊ promittens ac
solempniter conueniens dictus dominus constituens michi notario infrascripto
tamquam publice persone officio publico stipulanti ⁊ recipienti vice ⁊ nomine
prelibati Illu.mi dni domini Marchionis ac omnium ⁊ singulorum quorum interest
intererit et infuturum poterit interesse, se se gratum ratum ⁊ firmum perpetuo
habiturum quicquid per dictum eius dictum procuratorem in predictis ⁊ ut supra
supplicatum petitum requisitum ⁊ obtentum fuerit, promissum iuratum actum ⁊
procuratum, sub ypotheca ⁊ obligacione omnium ⁊ singulorum bonorum suorum
presentium ⁊ futurorum. De quibus omnibus ⁊ singulis suprascriptis preceptum fuit
per me notarium infrascriptum fieri publicum instrumentum dictamine sapientum. Actum
Curtismilii, in domo Federici barberi ubi ad presens ius redditur, presentibus Egregio
domino Gregorio dauid nunc vicario Curtismilii ⁊ Francisco dauid abobus
de Millesimo, ac Magistro Martino bombello de Calcente Episcopatus Cumarum habitatore
Curtismilii ⁊ Segnorello cagno de Curtismilio testibus ad premissa vocatis et
rogatis.

Et Ego Abraham dauid de Millesimo publicus Imperiali auctoritate
Notarius, premissis omnibus ⁊ singulis presens fui, vocatus ⁊ rogatus
scripsi.

1464 Oct. 27

Morbio 22 (121)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1856761215-19/fragment/page=0002